

C. 107. 01 c











EX  
C. PLINII SECVNDI  
HISTORIA NATVRALI  
EXCERPTA  
QVAE AD ARTES SPECTANT.

---


LECTIONIBVS ACADEMICIS  
ACCOMMODATA

A  
CHR. G. HEYNE.

---

AD CALCEM SVBIICIANTVR  
EIVSDEM  
ANNOTATIONES.

EX  
C. PLINII SECUNDI  
HISTORIA NATURALI  
EXCERPTA  
QUAE AD ARTIS SECTAM



CHR. G. HEYNE

AD CALCEM SUBSCRIBITUM  
LIVRE  
ANNOTATIONES





---

C. PLINII SECVNDI  
HISTORIAE NATVRALIS

LIBER XXXIV.

I. \*)

**P**roxima dicantur *aeris* metalla, cui **1**  
et in vsu proximum est pretium; im-  
mo vero ante argentum, ac paene  
etiam ante aurum, Corinthio. Sti- **2**  
pis quoque auctoritas, vt diximus.  
Hinc aera militum, Tribuni aerarii  
et aerarium, obaerati et aere diruti.  
Docuimus, quamdiu populus Roma- **3**  
nus aere tantum signato vsus sit.

A 2

Sed

\*) Ed. vet. Cap. I.

4 Sed et alia vetustas aequalem Vrbi auctoritatem eius declarat, a rege Numa collegio tertio aerariorum fabrum instituto.

1 II. Vena quo dictum est modo ef-  
 2 foditur, ignique perficitur. Fit et e lapide aereo, quem vocant cadmiam: celebritas in Asia, et quondam in Campania, nunc in Bergomatium agro, extrema parte Italiae; feruntque, nuper etiam in Germania pro-  
 3 uincia repertum. \*) Fit et ex alio lapide, quem chalciten vocant, in Cypro, vbi prima fuit aeris inuentio; mox vilitas praecipua, reperto in aliis terris praestantiore, maxime aurichalco, quod praecipuam bonitatem admirationemque diu obtinuit. Nec  
 4 reperitur longo iam tempore, effeta tellure. Proximum bonitate fuit Sallustianum in Centronum Alpino tractu, non longi et ipsum aevi.  
 Suc-

\*) Ed. vet. Cap. II.



Successitque ei Liuium in Gallia. 5  
 Vtrumque a metallorum dominis ad-  
 pellatum: illud ab amico Diui Au-  
 gusti, hoc a coniuge: velocis defe-  
 ctus; Liuium certe admodum exi-  
 guum inuenitur; summa gloria nunc 6  
 in Marianum conuersa, quod et  
 Cordubense dicitur. Hoc a Liuiano  
 cadmiam maxime forbet, et auri-  
 chaldi bonitatem imitatur in fester-  
 tiis dupondariisque, Cyprio suo affi-  
 bus contentis. Et haec nobilitas 7  
 in aere naturalis se habet.

III. Reliqua genera artificio con- 1  
 stant, quae suis locis reddentur, sum-  
 ma claritate ante omnia indicata.  
 Quondam aes confusum auro argen- 2  
 toque miscebatur, et tamen ars pre-  
 tiosior erat; nunc incertum est, peior  
 haec sit, an materia. Mirumque, 3  
 quum ad infinitum operum pretia ex-  
 creuerint, auctoritas artis extincta  
 est. Quaestus causa enim, ut omnia,

A 3 exer-



exerceri coepta est, quae gloriae fo-  
 4 lebat. Ideo etiam deorum adscripta  
 operi, quum proceres gentium cla-  
 5 ritatem et hac via quaererent. Adeo-  
 que exoleuit fundendi aeris pretiosi  
 ratio, vt iamdiu ne fortuna quidem  
 6 in aere ius artis habeat. Ex illa au-  
 tem antiqua gloria Corinthum  
 maxime laudatur. Hoc casus miscuit,  
 Corintho, quum caperetur, incensa;  
 mireque circa id multorum adfecta-  
 tio fuit: quippe quum tradatur, non  
 alia de causa Verrem, quem Cicero  
 damnauerat, proscriptum cum eo ab  
 Antonio, quam quod Corinthiis se  
 7 ei cessurum negauisset. At mihi ma-  
 ior pars eorum simulare eam scien-  
 tiam videtur, ad segregandos se a  
 ceteris magis, quam intelligere ali-  
 quid ibi subtilius; et hoc paucis do-  
 8 cebo. Corinthus capta est Olympi-  
 adis CLVIII. anno tertio, nostrae  
 Urbis DCVIII: quum ante saecula  
 fictores nobiles esse desissent, quorum  
 isti



isti omnia signa hodie Corinthia ad-  
 pellant. Quapropter ad coarguen- 9  
 dos eos ponemus artificum aetates;  
 nam Urbis nostrae annos ex supra-  
 dicta comparatione Olympiadum col-  
 ligere facile erit. Sunt ergo vasa 10  
 tantum Corinthia, quae isti elegan-  
 tiores modo in esculenta transferunt,  
 modo in lucernas, aut trulleos, nul-  
 lo munditiarum respectu. Eius tria 11  
 genera: candidum, argento nitore  
 quam proxime accedens, in quo illa  
 mixtura praeualuit; alterum, in quo  
 auri fulua natura; tertium, in quo  
 aequalis omnium temperies fuit.  
 Praeter haec est, cuius ratio non 12  
 potest reddi, quamquam hominis ma-  
 nu facta \* dederit Fortuna tempera-  
 mentum simulacro signisque, illud  
 suo colore pretiosum, ad iocineris  
 imaginem vergens, quod ideo hepa-  
 tizon adpellant; procul a Corinthio:  
 longe tamen ante Aegineticum atque

Deliacum, quae diu obtinuere principatum.

- I** IV. Antiquissima aeris gloria Deliaci fuit, mercatus in Delo celebrante toto orbe, et ideo cura officinis, tricliniorum pedibus fulcrisque: ibi prima nobilitas aeris; peruenit deinde ad deum simulacra, effigiemque hominum, et aliorum animalium.
- I** V. Proxima laus Aeginetico fuit. Insula et ipsa, nec aes gignens, sed officinarum temperatura nobilitata.
- 2** Bos aereus inde captus in Foro boario
- 3** est Romae. Hoc erit exemplar Aeginetici aeris; Deliaci autem Iupiter in Capitolio in Iouis Tonantis aede.
- 4** Illo aere Myron vsus est, hoc Polykletus, aequales atque condiscipuli. Aemulatio iis et in materia fuit.
- I** VI. \*) Priuatim Aegina candellabrorum superficiem duntaxat elaborauit,

\*) Ed. vet. Cap. III.



ravit, sicut Tarentum scapos. In  
 his ergo iuncta commendatio officii-  
 narum est. Nec pudet Tribunorum **2**  
 militarium salariis emere, quum  
 ipsum nomen a candelarum lumine  
 impositum adpareat. Accessio cande- **3**  
 labri talis fuit, Theonis iussu prae-  
 conis, Clesippus fullo, gibber prae-  
 terea et alio foedus adspectu, emente  
 id Gegania sestertis quinquaginta;  
 eademque ostentante conuiuio em-  
 tum, ludibrii causa nudatus, atque  
 impotentia libidinis receptus in to-  
 rum, mox in testamentum, praediues,  
 numinum vice illud candelabrum  
 coluit, et hanc Corinthiis fabulam  
 adiecit; vindicatis tamen moribus  
 nobili sepulcro, per quod aeterna  
 supra terras Geganiae dedecoris me-  
 moria duraret. Sed, quum esse nulla **4**  
 Corinthia candelabra constet, nomen  
 id praecipue in his celebratur: quo-  
 niam Mummii victoria Corinthum  
 A 5 quidem

quidem diruit, sed compluribus Achaiae oppidis simul aera disperfit.

- 1 VII. Prisci limina etiam ac valuas
- 2 ex aere in templis factitauerunt. Inuenio et a Cn. Octauio, qui de Perseo rege naualem triumphum egit, factam porticum duplicem ad Circum Flaminium, quae Corinthia sit adpellata a capitulis aereis columnarum;
- 3 Vestae quoque aedem ipsam Syracusana superficie tegi placuisse.
- 4 Syracusana sunt in Pantheo capita columnarum a M. Agrippa posita.
- 5 Quin etiam priuata opulentia eo modo vsurpata est. Camillo inter crimina obiecit Sp. Carvilius Quaestor, quod aerata ostia haberet in domo.

- 1 VIII. Nam triclinia aerata, abacosque, et monopodia Cn. Manlium Asia deuicta primum inuexisse triumpho suo, quem duxit Urbis anno
- 2 DLXVII, L. Piso auctor est. Antias quidem L. Crassum heredem L. Crassi



Crassi oratoris, multa etiam triclinia aerata vendidisse. Ex aere facti-  
 3 tauere et cortinas, tripodum nomine, Delphicas, quoniam donis maxime Apollinis Delphici dicabantur. Placueret et lychnuchi pensiles in de-  
 4 lubris, aut arborum modo mala ferentium lucentes: qualis est in tem-  
 5 plo Apollinis Palatini, quem Alexander Magnus Thebarum expugnatione captum in Cyme dicauerat eidem deo.

IX. Transiit deinde ars vbique  
 1 vulgo ad effigies deorum.\*) Ro-  
 2 mae simulacrum ex aere factum Cerei primum reperiō ex peculio Sp. Cassii, quem regnum adfectantem pater ipsius interemerat. Transiit et  
 3 ab diis ad hominum statuas atque imagines multis modis. Bitumine  
 4 antiqui tinguebant eas; quo magis mirum est, placuisse auro integere.

Hoc

\*) Ed. vet. Cap. IV.

- 5 Hoc nescio an Romanum fuerit in-  
 6 uentum; certe etiam Romae non ha-  
 7 bet vetustatem. Effigies hominum  
 8 non solebant exprimi, nisi aliqua il-  
 9 lustris causa perpetuitatem merenti-  
 10 um; et primo sacrorum certaminum  
 11 victoria, maximeque Olympiae: ubi  
 12 omnium, qui vicissent, statuas di-  
 cari mos erat; eorum vero, qui ter  
 ibi superauissent, ex membris ipso-  
 rum similitudine expressa: quas ico-  
 nicas vocant. Athenienses nescio  
 an primi omnium Harmodio et Ari-  
 stogitoni tyrannicidis publice posue-  
 rint statuas. Hoc actum est eodem  
 anno, quo et reges Romae pulsi.  
 10 Excepta deinde res est a toto orbe  
 terrarum humanissima ambitione.  
 11 Et iam omnium municipiorum foris  
 12 statuae ornamentum esse coepere,  
 prorogarique memoria hominum, et  
 honores legendi aevo basibus inscri-  
 bi; ne in sepulcris tantum legeren-  
 tur. Mox forum et in domibus pri-  
 uatis



uatis factum atque in atriis. Honos clientum instituit sic colere patronos.

X. \*) Togatae effigies antiquitus ita dicabantur. Placueret nudae tenentes hastam, ab epheborum e gymnasiis exemplaribus, quas Achilleas vocant. Graeca res est, nihil velare; at contra Romana ac militaris, thoraca addere. Caesar quidem Dictator loricatam sibi dicari in foro suo passus est. Nam Lupercorum habitus factae, tam nouitiae sunt, quam quae nuper prodire paenulis indutae. Mancinus eodem habitu sibi statuit, quo deditus est. Notatum ab auctoribus, et L. Accium poetam in Camenarum aede maxima forma statuatam sibi posuisse, quum brevis admodum fuisset.

Equestres vero statuae Romanam celebrationem habent, orto sine dubio a Graecis exemplo. Sed illi celebratas tantum dicabant in sacris victoriis; res;

\*) Ed. vet. Cap. V.

res; postea vero et, qui bigis vel  
 10 quadrigis vicissent. Vnde et nostris  
 currus in his, qui triumphauissent.  
 11 Serum hoc, et in his non nisi a Diuo  
 Augusto feiuges, sicut et elephanti.  
 1 [XI.] Non vetus et bigarum celebra-  
 tio in his, qui Praetura functi curru  
 2 vecti essent per Circum. Antiquior  
 columnarum, sicut C. Maenio, qui  
 deuicerat priscos Latinos, quibus ex  
 foedere tertias praedae Romanus po-  
 pulus praestabat, eodemque in Con-  
 sulatu in suggestu rostra deuictis Anti-  
 atibus fixerat anno Urbis CCCCXVI.  
 3 Item C. Duillio, qui primus naualem  
 triumphum egit de Poenis, quae est  
 4 etiam nunc in Foro. Item P. Minu-  
 cio Praefecto annonae, extra portam  
 Trigeminam, vnciaria stipe collata;  
 nescio an primo honore tali a popu-  
 lo: antea enim a senatu erat: prae-  
 5 clara res, nisi friuolis coepisset ini-  
 tiis; namque et Atti Nauii statua fuit  
 ante Curiam, cuius basis conflagrauit  
 Curia



Curia incensa P. Clodii funere. Fuit 6  
 et Hermodori Ephesii in Comitio, le-  
 gum, quas Decemviri scribebant, in-  
 terpretis, publice dicata. Alia cau- 7  
 sa, alia auctoritas M. Horatii Co-  
 clitis statuae, quae durat hodieque,  
 quum hostes a ponte sublicio solus 8  
 arcuisset. Equidem et Sibyllae iuxta 8  
 Rostra esse non miror, tres sint licet:  
 vna, quam Sext. Pacuvius Taurus  
 Aedilis plebis restituit, duae, quas  
 M. Messala.

Primas putarem has, et Atti Nauii, 9  
 positas aetate Tarquinii Prisci, nisi  
 regum antecedentium essent in Ca-  
 pitolio.\*) Ex his Romuli est sine 10  
 tunica; sicut et Camilli in Rostris; et  
 ante aedem Castorum fuit Q. Marcii  
 Tremuli equestris togata, qui Sam-  
 nites bis devicerat, captaque Anagnia,  
 populum stipendio liberauerat. Inter 11  
 antiquissimas sunt et Tulli Cloelii,  
 L.

\*) Ed. vet. Cap. VI.

L. Roscii, Sp. Nautii, C. Fulcinii  
 in Rostris, a Fidenatibus in legatio-  
 12 ne interfectorum. Hoc a Romano  
 populo tribui solebat iniuria caesis,  
 sicut et P. Iunio, et T. Coruncanio,  
 qui ab Teuta Illyriorum regina in-  
 13 terfecti erant. Non omittendum vi-  
 detur, quod Annales adnotauere,  
 tripedaneas his statuas in Foro sta-  
 14 norata tunc erat. Non praeteribo.  
 Cn. Octauium ob vnum Senatus con-  
 sulti verbum. Hic regem Antiochum,  
 daturum se responsum dicentem,  
 virga, quam tenebat forte, circum-  
 scripsit, et, prius quam egrederetur  
 circulo illo, responsum dare coegit.  
 In qua legatione interfecto Senatus  
 statuam poni iussit *quam oculatissimo*  
 15 *loco*, in Rostris. Inuenitur statua  
 decreta et Taraciae Caiae, siue Suffe-  
 tiae, virgini Vestali, vt poneretur,  
 vbi vellet: quod adiectum non minus  
 honoris habet, quam feminae esse de-  
 cretam.



cretam. Meritum eius in ipsis po- 6  
 nam Annalium verbis: *Quod cam-*  
*pum Tiberinum gratificata esset ea po-*  
*pulo.* [XII.] Inuenio et Pythagorae, 1  
 et Alcibiadi, in cornibus Comitii po-  
 sitas, quum bello Samniti Apollo  
 Pythius fortissimo Graiae gentis iuf-  
 fisset, et alteri sapientissimo, simula-  
 cra celebri loco dicari; ea stetero, do- 2  
 nec Sulla Dictator ibi Curiam faceret.  
 Mirumque est, illos patres Socrati 3  
 cunctis ab eodem Deo sapientia prae-  
 lato Pythagoram praetulisse, aut tot  
 aliis virtute Alcibiadem, aut quem- 4  
 quam utroque Themistocli.

Columnarum ratio erat, attolli 4  
 supra ceteros mortales: quod et ar-  
 cus significant nouitio inuento. Pri- 5  
 mus tamen honos coepit a Graecis.  
 Nullique arbitror plures statuas di- 6  
 catas, quam Phalereo Demetrio Athe-  
 nis; siquidem CCCLX. statuere, non- 7  
 dum anno hunc numerum dierum  
 excedente, quas mox lacerauere.

B

Sta-

- 8 Statuerant Romae etiam in omnibus vicis C. Mario Gratidiano tribus, vt diximus, easdemque subuertere Sullae introitu.
- 1 XIII. Pedestres sine dubio Romae fuere in auctoritate longo tempore.
- 2 Equestrium tamen origo perquam vetus est, cum feminis etiam honore
- 3 communicato. Cloeliae enim statua est equestris; ceu parum esset, toga eam cingi: quum Lucretiae, ac Bruto, qui expulerant reges, propter quos Cloelia inter obsides fuerat, non
- 4 decernerentur. Hanc primam cum Coclitis publice dicatam crediderim (Atto enim ac Sibyllae Tarquinium, et reges sibi ipsos, posuisse verisimile est): nisi Cloeliae quoque Piso traderet ab his positam, qui vna obsides fuerant, redditis a Porfenna in honorem eius.
- 5 E diuerso Annjus Fetialis equestrem, quae fuerit contra Iouis Statoris aedem in vestibulo Superbi domus, Valeriae fuisse, Publicolae Consulis filiae;



filiae; eamque solam refugisse, Ti-  
berimque tranauisse, ceteris obsidi-  
bus, quae Porfennae mittebantur,  
interemtis Tarquinii insidiis.

XIV. L. Piso prodidit, M. Ae-  
milio, C. Popilio II. Coss. a Censo-  
ribus P. Cornelio Scipione, M. Po-  
pilio, statuas circa Forum eorum, qui  
magistratus gesserant, sublatas omnes,  
praeter eas, quae populi aut senatus  
sententia statutae essent; Eam vero,  
quam apud aedem Telluris statuisset  
sibi Sp. Cassius, qui regnum adfecta-  
uerat, etiam conflatam a Censoribus.  
Nimirum in ea quoque re ambitioni  
prouidebant illi viri. Exstant Cato-  
nis in Censura vociferationes, mulie-  
ribus Romanis in prouinciis statuas  
poni. Nec tamen potuit inhibere,  
quo minus Romae quoque ponerentur;  
sicuti Corneliae Gracchorum  
matri, quae fuit Africani prioris filia.  
Sedens huic posita, soleisque sine  
amento insignis, in Metelli publica

B 2

por-

porticu: quae statua nunc est in Octaviae operibus.

- 1 XV. Publice autem ab exteris posita est Romae C. Aelio Tribuno plebis, lege perlata in Stenium Statilium Lucanum, qui Thurinos infestauerat: ob id Aelium Thurini statua et corona aurea donauerunt.
- 2 Iidem postea Fabricium donauere sta-
- 3 tua, liberati obsidione. Passimque gentes in clientelas ita receptae; et
- 4 adeo discrimen omne sublatum, vt Hannibalis etiam statuae tribus locis visantur in Vrbe, cuius intra muros solus hostium emisit hastam.

- 1 XVI. \*) Fuisse autem statuariam artem familiarem Italiae quoque, et vetustam, indicant, Hercules ab Euandro sacratu, vt produnt, in Foro boario, qui triumphalis vocatur, atque per triumphos vestitur
- 2 habitu triumphali; praeterea Ianus gemi-

\*) Ed. vet. Cap. VII.



geminus a Numa rege dicatus, qui pacis bellique argumento colitur; digitis ita figuratis, vt, trecentorum quinquaginta quinque dierum nota, per significationem, anni, temporis et aevi se deum indicaret; signa quoque Tuscanica per terras dispersa, quae in Etruria factitata non est dubium. Deorum tantum putarem ea fuisse, ni Metrodorus Scepsius, cui cognomen a Romani nominis odio inditum est, propter duo millia statuarum Volsinios expugnatos obiiceret. Mirumque mihi videtur, quum statuarum origo tam vetus in Italia sit; lignea potius aut fictilia Deorum simulacra in delubris dicata, vsque ad deuictam Asiam, vnde luxuria.

Similitudines exprimendi quae prima fuerit origo, in ea, quam plasticen Graeci vocant, dici conuenientius erit; Etenim prior, quam statuarum, fuit. Sed haec ad infinitum effloruit multorum voluminum opere,

si quis plura persequi velit; omnia  
 1 enim quis possit? [XVII.] In M.  
 Scauri Aedilitate tria millia signorum  
 in scena tantum fuere temporario  
 2 theatro. Mummius deuicta Achaia  
 repleuit Urbem; ipse excessit non re-  
 licturus filiae dotem. Cur enim non  
 3 cum excusatione ponatur? Multa et  
 4 Luculli inuexere. Rhodietiamnum  
 tria millia signorum esse, Mucianus  
 ter Consul prodidit; nec pauciora  
 Athenis, Olympiae, Delphis super-  
 5 esse creduntur. Quis ista mortalium  
 persequi possit? aut quis usus noscen-  
 6 di intelligatur? Insignia tamen maxi-  
 me, et aliqua de causa notata, volu-  
 ptarium sit attigisse, artificesque ce-  
 7 lebratos nominauisse; singulorum  
 quoque inexplicabili multitudine;  
 quum Lyfippus 1000. opera fecisse  
 dicatur, tantae omnia artis, vt cla-  
 8 ritatem possent dare vel singula; Nu-  
 merum adparuisse defuncto eo, quum  
 thesaurum effregisset heres: solitum  
 enim



enim ex manipretio cuiusque signi  
denarios seponere aureos singulos.

Euecta supra humanam fidem ars 9  
est successu, mox et audacia. In 10  
argumentum successus vnum exem-  
plum adferam, nec deorum homi-  
nisue similitudinis expressae. Aetas II  
nostra vidit in Capitolio, priusquam  
id nouissime conflagrauit a Vitellianis  
incensum, in cella Iunonis, canem ex  
aere vulnus suum lambentem: cuius 12  
eximium miraculum et indiscreta veri  
similitudo non eo solum intelligitur,  
quod ibi dicata fuerat; verum et no-  
ua fatisdatione; nam summa nulla  
par videbatur: capite tutelarios ca-  
uere pro ea, instituti publici fuit.

XVIII. Audaciae innumera sunt I  
exempla. Moles quippe excogitatas  
videmus statuarum, quas colosseas  
vocant, turribus pares. Talis est 2  
in Capitolio Apollo, translatus a M.  
Lucullo ex Apollonia Ponti vrbe,

B 4

XXX.

XXX. cubitorum, CL. talentis factus. Talis in Campo Martio Iupiter a diuo Claudio Caesare dicatus, qui vocatur Pompeianus a vicinitate theatri. Talis et Tarenti factus a Lyfippo XL. cubitorum. Mirum in eo, quod manu, vt ferunt, mobilis, (ea ratio libramenti est) nullis conuellatur procellis. Id quidem prouidisse et artifex dicitur, modico interuallo, vnde maxime flatum opus erat frangi, opposita columna. Itaque propter magnitudinem difficultatemque moliendi, non attigit eum Fabius Verrucosus, quum Herculem, qui est in Capitolio, inde transferret.

8 Ante omnes autem in admiratione fuit Solis colossus Rhodi, quem fecerat Chares Lindius, Lyfippi supra dicti discipulus. Septuaginta cubitorum altitudinis fuit. Hoc simulacrum post quinquagesimum sextum annum tertae motu prostratum; sed 11 iacens quoque miraculo est. Pauci polli-



pollicem eius amplectuntur. Maiores sunt digiti, quam pleraeque staturae. Vasti specus hiant defractis 12  
 membris. Spectantur intus magnae molis saxa, quorum pondere stabiliuerat constituens. Duodecim annis tradunt effectum CCC. talentis, quae contulerant ex adparatu regis Demetrii relicto, morae taedio. Sunt alii 14  
 minores hoc in eadem vrbe colossi centum numero; sed vbiicumque singuli fuissent, nobilitaturi locum; praeterque hos deorum quinque, 15  
 quos fecit Bryaxis.

Factitauit colossos et Italia. Vide 16  
 mus certe Tuscanicum Apollinem in bibliotheca templi Augusti, quinquaginta pedum a pollice, dubium aere mirabiliorem, an pulcritudine. Fecit 17  
 et Sp. Caruilius Iouem, qui est in Capitolio, victis Samnitibus sacrata lege pugnantibus, e pectoralibus eorum, ocreisque et galeis. Amplitudo 18  
 tanta est, vt conspiciatur a Latiario

B 5

Ioue;

- 19 Ioue; Reliquiis limae suam statuam fecit, quae est ante pedes simulacri
- 20 eius. Habent in eodem Capitolio admirationem et capita duo, quae P. Lentulus Consul dicauit: alterum a Charete supradicto factum; alterum fecit Decius, comparatione in tantum victus, vt artificium minime probabilis artificis videatur.
- 21 Verum omnem amplitudinem statuarum eius generis vicit aetate nostra Zenodorus, Mercurio facto in ciuitate Galliae Aruernis, per annos
- 22 decem, HS. CCCC. manipretio. Is postquam fatis ibi artem adprobaauerat, Romam accitus est a Nerone, vbi destinatum illius Principis simulacrum, coloffum fecit CX. pedum
- 23 longitudine, qui dicatus Solis venerationi est, damnatis sceleribus illius
- 24 Principis. Mirabamur in officina non modo ex argilla similitudinem insignem, verum et ex paruis admodum furculis, quod primum operis instar



instar fuit. Ea statua indicauit, in- 25  
 terisse fundendi aeris scientiam, quum  
 et Nero largiri aurum argentumque  
 paratus esset, et Zenodorus scientia  
 fingendi caelandique nulli veterum  
 postponeretur. Statuam Aruernorum 26  
 quum faceret, prouinciae Vibio  
 Auito praesidente, duo pocula, Cala-  
 midis manu caelata, quae Cassio Si-  
 lano, auunculo eius, praeceptoris suo,  
 Germanicus Caesar adamata donauerat,  
 aemulatus est, vt vix vlla diffe-  
 rentia esset artis. Quantoque maior 27  
 in Zenodoro praestantia fuit, tanto  
 magis deprehendi aeris obliteratio  
 potest.

\*) Signis, quae vocant Corinthia, 28  
 plerique in tantum capiuntur, vt se-  
 cum circumferant, sicut Hortensius 29  
 orator sphingem Verri reo ablatam:  
 propter quam Cicero illo iudicio in  
 altercatione neganti ei, se aenigmata  
 intelligere, respondit, debere, quo-  
 niam

\*) Ed. vet. Cap. VIII.

30 niam sphingem domi haberet. Cir-  
 cumtulit et Nero Princeps Amazo-  
 31 nem, de qua dicemus; et paulo ante  
 C. Cestius Consularis signum, quod  
 32 secum etiam in praelio habuit. Ale-  
 xandri quoque Magni tabernaculum  
 sustinere traduntur solitae statuae;  
 ex quibus duae ante Martis Vltoris  
 aedem dicatae sunt, totidem ante Re-  
 giam.

I XIX. Minoribus simulacris si-  
 gnisque innumera prope artificum  
 2 multitudo nobilitata est. Ante omnes  
 tamen *Phidias* Atheniensis, Ioue  
 Olympiae facto, ex ebore quidem et  
 3 auro, sed et ex aere signa fecit; flo-  
 ruit autem Olympiade LXXXIII.  
 circiter CCC. nostrae Urbis anno.

4 Quo eodem tempore aemuli eius fue-  
 re *Alcamenes, Critias, Nestocles, He-*  
 5 *gias*; et deinde Olympiade LXXXVII.  
*Agelades, Callon, Polycletus, Phrad-*  
*mon, Gorgias, Lacon, Myron, Pytha-*  
 6 *goras, Scopas, Perelius.* Ex his Po-  
 lycle-



lycletus discipulos habuit *Argium*,  
*Asopodorum*, *Alexim*, *Aristidem*, *Phry-*  
*nonem*, *Dinonem*, *Athenodorum*, *De-*  
*meam Clitorium*; Myron, *Lycium*.  
 XCV. Olympiade florere *Naucydes*, 7  
*Dinomenes*, *Canachus*, *Patrocles*, CII. 8  
*Polycles*, *Cephissodotus*, *Leochares*,  
*Hypatodorus*, CIII. *Praxiteles*, Eu- 9  
*phranor*, CVII. *Echion*, *Therimachus*. 10  
 CXIII. *Lysippus* fuit, quum et Ale- 11  
 xander Magnus; Item *Lysistratus*, et  
 frater eius *Sthenis*, *Euphronides*, *So-*  
*stratus*, *Ion*, *Silanion*; in hoc mirabi- 12  
 le, quod nullo doctore nobilis fuit;  
 ipse discipulos habuit *Zeuxim* et *Ia-*  
*dem*. CXX. *Eutyichides*, *Euthycra-* 13  
*tes*, *Lahippus*, *Cephissodotus*, *Timar-*  
*chus*, *Pyromachus*. Cessavit deinde 14  
 ars, ac rursus Olympiade CLV. re-  
 uixit, quum fuere longe quidem in-  
 fra praedictos, probati tamen, *An-*  
*theus*, *Callistratus*, *Polycles*, *Athenae-*  
*us*, *Callixenus*, *Pythocles*, *Pythias*,  
*Timocles*. Ita distinctis celeberrimo- 15  
 rum

rum aetatibus, insignes raptim transcurram, reliqua multitudine passim dispersa.

- 16 Venere et in certamen laudatissimi, quanquam diuersis aetatibus geniti, quoniam fecerant Amazonas;
- 17 quae quum in templo Ephesiae Dianae dicarentur, placuit eligi probatissimam, ipsorum artificum, qui praesentes erant, iudicio; quum adparuit eam esse, quam omnes secundam a
- 18 sua quisque iudicassent: Haec est *Polycleti*, proxima ab ea *Phidiae*, tertia *Ctesilai*, quarta *Cydonis*, quinta *Phradmonis*.

- 1 1. *Phidias*, praeter Iouem Olympium, quem nemo aemulatur, fecit et, ex ebore aequae, Mineruam Athenis, quae est in Parthenone adstans;
- 2 ex aere vero, praeter Amazonem supra dictam, Mineruam tam eximiae pulcritudinis, vt formae cognomen
- 3 acceperit, Fecit et Cliduchum, et  
aliam



aliam Mineruam, quam Romae Aemilius Paulus ad aedem Fortunae huiusque diei dedicauit; item duo signa, quae Catullus in eadem aede posuit palliata, et alterum colossicon nudum; primusque artem toreuticen 4 aperuisse atque demonstrasse merito iudicatur.

2. *Polycletus* Sicyonius, Ageladae 1 discipulus, Diadumenum fecit molli-  
liter iuuenem, centum talentis nobilitatum; item et Doryphorum vi- 2  
riliter puerum. Fecit et quem cano- 3  
na artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut a lege quadam; solusque hominum, artem ipse fecisse artis opere, iudicatur. Fecit et 4  
destringentem, et nudum talo incessentem; duosque pueros, item talis nudos ludentes, qui vocantur Altragalizontes, et sunt in Titi Imperatoris atrio: quo opere nullum absolutius plerique iudicant; Item Mercurium, qui fuit Lyfimachiae; Hercule- 5  
lem,

lem, qui Romae; Alexetera arma-  
 fumentem; Artemona, qui Periphoro-  
 6 retos adpellatus est. Hic consum-  
 maffe hanc scientiam iudicatur, et  
 toreuticen sic erudisse, vt Phidias  
 7 aperuisse. Proprium eiusdem, vt vno  
 crure insisterent signa, excogitasse.  
 8 Quadrata tamen ea esse tradit Varro,  
 et paene ad vnum exemplum.

- 1 3. *Myronem* Eleutheris natum, et  
 ipsum Ageladae discipulum, bucula  
 maxime nobilitauit, celebratis versi-  
 bus laudata; quando alieno plerique  
 ingenio magis, quam suo, commen-  
 2 dantur. Fecit et canem, et discobol-  
 on, et Persea, et pristas, et Saty-  
 rum admirantem tibias, et Miner-  
 uam; Delphicos pentathlos pancra-  
 tiaftas; Herculem etiam, qui est apud  
 Circum maximum in aede Pompeii  
 3 Magni. Fecisse et cicadae monumen-  
 tum ac locustae, carminibus suis Erin-  
 4 na significat. Fecit et Apollinem,  
 quem a Triumuiro Antonio sublatum  
 resti-



restituit Ephesiis diuus Augustus, ad-  
 monitus in quiete. Primus hic mul- 5  
 tiplicasse varietatem videtur, nume-  
 rosior in arte, quam Polycletus, et  
 in symmetria diligentior; Et ipse ta- 6  
 men corporum tenus curiosus, animi  
 sensus non expressisse; capillum quo-  
 que et pubem non emendatius fecisse,  
 quam rudis antiquitas instituisset.

4. Vicit eum *Pythagoras* ex Ita- 1  
 lia Rheginus, pancratiaſte Delphis  
 posito; et Leontiscum fecit, et sta-  
 diodromon Astylon, qui Olympiae  
 ostenduntur, et Libyn puerum te-  
 nentem tabellam, eodem loco et mala  
 ferentem nudum; Syracusis autem 2  
 claudicantem: cuius vlceris dolorem  
 sentire etiam spectantes videntur.  
 Item Apollinem, serpentemque eius 3  
 sagittis confici; citharoedum, qui Di-  
 caeus adpellatus est, quoniam, quum  
 Thebae ab Alexandro caperentur, au-  
 rum a fugiente conditum, sinu eius  
 celatum esset. Hic primus neruos 4

C

et

et venas expreffit, capillumque diligenti-  
gentius.

1 5. Fuit et alius *Pythagoras* Samius,  
initio pictor, cuius signa ad aedem  
2 Fortunae huiusque diei feptem nuda,  
et fenis vnum, laudata funt. Hic  
supradicto facie quoque indiscreta fi-  
3 milis fuiſſe traditur; Rhegini autem  
discipulus et filius ſororis fuiſſe *So-*  
*ſtratus*.

1 6. *Lyſippum* Sicyonium, Duris ne-  
gat, Tullius fuiſſe diſcipulum adfir-  
mat; ſed, primo aerarium fabrum,  
audendi rationem cepiſſe pictoris Eu-  
pompſi reſponſo: Eum enim interro-  
gatum, quem ſequeretur anteceden-  
tium, dixiſſe, demonſtrata hominum  
multitudine, naturam ipſam imitan-  
2 dam eſſe, non artificem. Plurima ex  
omnibus ſigna fecit, vt diximus, fe-  
3 cundiffimae artis; inter quae diſtrin-  
gentem ſe, quem Marcus Agrippa an-  
te Thermas ſuas dicauit, mire gra-  
tum Tiberio Principi, qui non quiuit  
tem-



temperare sibi in eo, quanquam imperiosus sui inter initia principatus, transtulitque in cubiculum, alio ibi signo substituto: quum quidem tanta populi Romani contumacia fuit, ut magnis theatri clamoribus reponi Apoxyomenon flagitauerit, Princepsque, quanquam adamatum, reposuerit. Nobilitatur Lysippus et temulenta tibicina, et canibus ac venatione; in primis vero quadriga cum Sole Rhodiorum. Fecit et Alexandrum Magnum, multis operibus a pueritia eius orsus: quam statuam inaurari iussit Nero Princeps, delectatus admodum illa; dein, quum pretio perisset gratia artis, detractum est aurum; pretiosiorque talis existimatur, etiam cicatricibus operis atque concisuris, in quibus aurum haeserat, remanentibus. Idem fecit Hephæstionem, Alexandri Magni amicum; quem quidam Polycleto adscribunt, quum is centum prope annis ante fuerit. Idem

C 2

Ale-

- Alexandri venationem, quae Delphis  
 sacrata est; Athenis Satyrum; tur-  
 7 mam Alexandri, in qua amicorum eius  
 imagines summa omnium similitudine  
 expressit: has Metellus Macedonia  
 8 subacta transtulit Romam. Fecit et  
 9 quadrigas multorum generum. Sta-  
 tuariae arti plurimum traditur contu-  
 lisse, capillum exprimendo, capita  
 minora faciendo, quam antiqui, cor-  
 pora graciliora, siccioraque, per quae  
 proceritas signorum maior videretur.
- 10 Non habet Latinum nomen Symme-  
 tria, quam diligentissime custodivit,  
 noua intactaque ratione quadratas ve-  
 terum staturas permutando; vulgo-  
 que dicebat, ab illis factos, quales  
 essent, homines, a se quales videren-  
 11 tur esse. Propriae huius videntur  
 esse argutiae operum, custoditae in  
 minimis quoque rebus.
- I 7. Filios et discipulos reliquit lau-  
 datos artifices, *Lahippum*, et *Bedam*;  
 2 sed ante omnes *Euthycratem*: quan-  
 quam



quam is, constantiam patris potius  
 aemulatus, quam elegantiam, austero  
 maluit genere, quam iucundo, pla-  
 cere; itaque optime expressit Hercu- 3  
 lem Delphis, et Alexandrum, The-  
 spin venatorem, et Thespiadas; prae-  
 lium equestre; simulacrum Trophonii  
 ad oraculum; quadrigas Medae com-  
 plures: equum cum fiscinis; canes  
 venantium.

8. Huius porro discipulus fuit *Ti-  
 socrates*, et ipse Sicyonius, sed Lyssippi  
 sectae propior, ut vix discernantur  
 complura signa: ceu senex Theba-  
 nus, Demetrius rex, Peucestes, Ale-  
 xandri Magni servator, dignus tanta  
 gloria.

9. Artifices, qui compositis volumi- 1  
 nibus condidere haec, miris laudibus  
 celebrant et *Telephanem* Phoceum,  
 ignotum alias, quoniam in Thessalia,  
 ubi habitauerit, latuerint opera eius;  
 alioqui suffragiis ipsorum aequatur  
 Polycleto, Myroni, Pythagorae. Lau- 2

C 3

dant

dant eius Larissam, et Spintharum  
 3 pentathlon, et Apollinem. Alii non  
 hanc ignobilitatis fuisse causam, sed  
 quoniam se regum Xerxis atque Darii  
 officinis dediderit, existimant.

- 1 10. *Praxiteles* quoque marmore fe-  
 2 licior: ideo et clarior fuit. Fecit  
 tamen ex aere pulcherrima opera:  
 Proserpinae raptum; item Catagu-  
 sam, et Liberum patrem, et Ebrieta-  
 tem nobilemque vna Satyrum, quem  
 Graeci periboëton cognominant;  
 3 Signa etiam, quae ante Felicitatis ae-  
 dem fuere, Veneremque, quae  
 cum ipsa aede incendio cremata est  
 Claudii principatu, marmoreae illi  
 4 suae per terras inclytae parem; item  
 Stephusam, Spilumenen, Oenopho-  
 rum; Harmodium et Aristogitonem  
 tyrannicidas, quos, a Xerxe Persa-  
 rum rege captos, victa Perside Athe-  
 niensibus remisit Magnus Alexander.  
 5 Fecit et puberem Apollinem subre-  
 penti lacertae cominus sagitta insidian-  
 tem,



tem, quem Sauroctonon vocant. Spe- 6  
 ctantur et duo signa eius diuerfos af-  
 fectus exprimentia, flentis matronae,  
 et meretricis gaudentis: hanc putant  
 Phrynen fuisse, deprehenduntque in  
 ea amorem artificis, et mercedem in  
 vultu meretricis. (11) Habet si- 7  
 mulacrum et benignitas eius. Ca-  
 lamidis enim quadrigae aurigam suam  
 imposuit, ne, melior in equorum effi-  
 gie, defecisse in homine crederetur.

Ipse *Calamis* et alias quadrigas bi- 1  
 gasque fecit, equis semper sine  
 aemulo expressis; Sed, ne videatur in 2  
 hominum effigie inferior, Alcmena  
 nullius est nobilior.

12. *Alcámenes* Phidiae discipulus 1  
 et marmorea fecit, et aereum pen-  
 tathlon, qui vocatur Encrinomenos.  
 At Polycleti discipulus *Aristides* qua- 2  
 drigas, bigasque; et *Iphioratis* Leae-  
 na laudatur. Scortum haec lyrae 3  
 cantu familiare Harmodio et Aristo-

C 4

gitoni,

gitori, consilia eorum de tyrannicidis, usque ad mortem excruciatam a tyrannis, non prodidit. Quamobrem Athenienses, et honorem habere ei volentes, nec tamen scortum celebrasse, animal nominis eius fecere, atque, ut intelligeretur causa honoris, in opere linguam addi ab artifice vetuerunt.

13. *Bryaxis* Aesculapium et Seleucum fecit. *Bedas* adorantem.

*Batton* Apollinem, et Iunonem, qui sunt Romae in Concordiae templo.

14. *Ctesilaus* vulneratum deficientem, in quo possit intelligi, quantum restet animae; et Olympium Periclem, dignum cognomine. Mirumque in hac arte est, quod nobiles viros nobiliorum res fecit.

*Cephiissodotus* Mineruam mirabilem in portu Atheniensium, et aram ad templum Iouis Seruatoris in eodem portu, cui pauca comparantur.

3 *Canachus* Apollinem nudum, qui Philesius cognominatur, in Didymaeo, Aeginetica aeris temperatura; ceruum.



uumque vna ita vestigiis suspendit,  
 vt linum subter pedes trahatur, alter-  
 no morfu digitis calceque retinenti-  
 bus solum, ita vertebrato dente vtris-  
 que in partibus, vt a repulsu per  
 vices resiliat. Idem et Celetizontas  
 pueros fecit. *Chaereas* Alexandrum 4  
 Magnum, et Philippum patrem eius  
 fecit. 15. *Desilaus* Doryphoron, et 1  
 Amazonem vulneratam. *Demetrius* 2  
 Lysimachen, quae sacerdos Miner-  
 uae fuit annis sexaginta quatuor.  
 Idem et Mineruam, quae Musica ad-  
 pellatur, quoniam dracones in Gor-  
 gone eius ad ictus citharae tinnitu  
 resonant. Idem equitem Simonem,  
 qui primus de equitatu scripsit.  
*Daedalus* et ipse inter fictores lauda- 3  
 tus, pueros duos desringentes se fe-  
 cit. *Dinomenes* Protefilaum, et Py- 4  
 thodemum luctatorem. 16. *Eu-* 1  
*phranoris* Alexander Paris est: in quo  
 laudatur, quod omnia simul intelli-  
 gantur, iudex dearum, amator He-  
 lenae,

lenae, et tamen Achillis interfector.  
 Huius est Minerua Romae, quae dicitur Catuliana, infra Capitolium a Q. Lutatio Catulo dicata; et simulacrum Boni Euentus, dextra pateram, sinistra spicam ac papauer tenens. Item Latona puerpera, Apollinem et Dianam infantes sustinens, in aede Concordiae. Fecit et quadrigas bigasque; et Cliduchon eximia forma; et Virtutem, et Graeciam, utrasque colosseas; mulierem admirantem et adorantem. Item Alexandrum et Philippum in quadrigis.

2 *Eutyichides* Eurotam, in quo artem ipso annee liquidiores plurimi dixerunt.

3 *Hegiae* Minerua Pyrrhusque rex laudatur; et Celetizontes pueri, et Castor et Pollux ante aedem

4 Iouis Tonantis, *Hegesiae*. In Paro

1 colonia Hercules *Isidori*. 17. Eleutherus *Lycius* Myronis discipulus fuit, qui fecit dignum praeceptore puerum sufflantem languidos ignes,

et



et Argonautas. *Leochares* aquilam, <sup>2</sup>  
 sentientem, quid rapiat, in Ganymede,  
 et cui ferat, parcentem vnguibus  
 etiam per vestem; puerum Autoly-  
 con pancratio victorem, propter quem  
 Xenophon Symposion scripsit; Io-  
 uemque illum Tonantem in Capito-  
 lio, ante cuncta laudabilem; item  
 Apollinem diadematum. *Lyciscus* <sup>3</sup>  
 Lagonem puerum subdolae ac fuca-  
 tae vernilitatis. *Lycus* et ipse pue- <sup>4</sup>  
 rum suffitorem. 18. *Menaechmi* vi-  
 tulus genu premitur, replicata cerui-  
 ce, ipseque Menaechmus scripsit de  
 sua arte. 19. *Naucydes* Mercurio,  
 discobolo, et immolante arietem cen-  
 setur. *Naucerus* luctatorem anhe-  
 lantem fecit. *Niceratus* Aescula-  
 pium, et Hygiam: qui sunt in Con-  
 cordiae templo Romae. 20. *Pyro-*  
*machi* quadriga regitur ab Alcibiade.  
*Polycles* Hermaphroditum nobilem  
 fecit. *Pyrrhus* Hygiam, et Miner-  
 uam. *Phoenix*, Lyssippi discipulus,  
 Epi-

- 1 Epithersen. 21. *Stipax* Cyprius vno celebratur signo, Splachnopte. Periclis Olympii vernula hic fuit, exta torrens, ignem oris pleni spiritu accendens. *Silanion* Apollodorum fudit, fictorem et ipsum, sed inter cunctos diligentissimum artis, et inimicum sui iudicem, crebro perfecta signa frangentem, dum satiari cupiditate artis non quit, et ideo insanum cognominatum; hoc in eo expressit, nec hominem ex aere fecit, sed iracundiam; et Achillem nobilem; item epistaten exercentem athletas.
- 3 *Strongylion* Amazonem, quam ab excellentia crurum Eucnemon adpellant, ob id in comitatu Neronis Principis circumlatam. Idem fecit puerum, quem amando Brutus Philippensis cognomine suo illustravit.
22. *Theodorus*, qui labyrinthum fecit Sami, ipse se ex aere fudit, praeter similitudinem mirabilem fama magnae subtilitatis celebratus. Dextra limam tenet,



tenet, laeua tribus digitis quadrigulam tenuit, translata Praeneste, tantae paruitatis, vt totam eam currumque et aurigam integeret alis simul facta musca. 23. *Xenocrates*, Tificratis discipulus, aut, vt alii, Euthycratis, vicit vtrosque copia signorum, et de sua arte composuit volumina.

24. Plures artifices fecere Attali et I Eumenis aduersus Gallos praelia: *Isigonus*, *Pyromachus*, *Stratonicus*, *Antigonus*, qui condidit volumina de sua arte. *Boëthi*, quanquam argento 2 melioris, infans eximie anserem strangulat. Atque ex omnibus, quae re- 3 tuli, clarissima quaeque iam sunt dicata a Vespasiano Principe in templo Pacis aliisque eius operibus, violentia Neronis in Urbem conuecta, et in sellariis domus aureae disposita.

25. Praeterea sunt aequalitate celebrati artifices; sed nullis operum suorum praecipui. *Ariston*, qui et argentum caelare solitus est, *Calliades*, *Ctesias*, *Cantharus*, *Sicyonius*, *Dionysodorus*, *Critiae* discipulus, *Deliades*, *Euphorion*; *Eunicus*, et *Hecataeus*, argenti celatores; *Lesbocles*, *Prodorus*, *Pythodicus*, *Polygnotus*: iidem pictores nobilissimi. Item ex caelatoribus, *Stratonicus*, *Scymnus*, qui fuit *Critiae* discipulus.

26. Nunc percensebo eos, qui eiusdem generis opera fecerunt; ut *Apollodorus*, *Androbulus*, *Asclepiodorus*, *Aleuas*, philosophos; *Apellas* et adorantes feminas; *Antigonus* et *Perrixyomenon*, tyrannicidasque supra dictos; *Antimachus*, *Athenodorus*, feminas nobiles: *Aristodemus* et luctatores, bigasque cum auriga, philosophos, anus, *Seleucum* regem. Habet gratiam suam huius quoque *Dorphyo-*



ryphorus. (27.) *Cephissodoti* duo  
 fuere: prioris est Mercurius, Libe-  
 rum Patrem in infantia nutriens.  
 Fecit et concionantem manu elata:  
 persona in incerto est. Sequens phi-  
 losophos fecit. *Colotes*, quicum Phi-  
 dia Iouem Olympium fecerat, philo-  
 sophos. Item *Cleon*, et *Cenchramis*,  
 et *Callicles*, et *Cephis*. *Chalcosthene*s  
 et comoedos, et athletas. (28.) *Da-*  
*hippus* Paralyomenon. *Daiphron*,  
 et *Democritus*, et *Daemon*, philoso-  
 phos. (29.) *Epigonus*, omnia fere  
 praedicta imitatus, praecessit in tubi-  
 cine, et matri interfectae infante mi-  
 serabiliter blandiente. *Eubolidis*,  
 digitis computans. (30.) *Micon*  
 athleticis spectatur; *Menogenes*, qua-  
 drigis. (31.) Nec minus *Niceratus*  
 omnia, quae ceteri, adgressus, re-  
 praesentauit Alcibiadem, lampade-  
 que accensa matrem eius Demaraten  
 sacrificantem. (32.) Tificratis bigae  
*Piston* mulierem imposuit. Idemque  
 fecit

fecit Martem et Mercurium, qui sunt in Concordiae templo Romae. *Perrillum* nemo laudat; faeuiolem Phalaride tyranno, cui taurum fecit, mugitus hominis pollicitus igne subdito, et primus eum expertus cruciatum iustiore faeuitia. In hoc a simulacris deum hominumque deuocauerat humanissimam artem. Ideone tot conditores eius elaborauerant, vt ex ea tormenta fierent? Itaque vna de causa seruantur opera eius, vt, quisquis illa videat, oderit manus. (33.) *Sthenis* Cererem, Iouem, Mineruam fecit, qui sunt Romae in Concordiae templo. Item flentes matronas, et adorantes, sacrificantesque. *Simon* canem et sagittarium fecit. *Stratonicus*, caelator ille, philosophos; *Scopas* vtraque.

34. Athletas autem, et armatos, et venatores sacrificantesque, *Batton*, *Euchir*, *Glaucides*, *Heliodorus*, *Hicannus*,



*nus, Lophon, Lyson, Leon, Meno-*  
*dorus, Myiagrus, Polycrates, Poly-*  
*dorus, Pythocritus, Protogenes, idem*  
 pictura clarissimus, vt dicemus; *Pa-*  
*trocles, Polis, Posidonius, qui et ar-*  
 gentum caelauit nobiliter, natione  
 Ephesus; *Periclymenus, Philon, Si-*  
*menus, Timotheus, Theomnestus, Ti-*  
*marchides, Timon, Tifias, Thrason.*

35. Ex omnibus autem maxime  
 cognomine insignis est *Callimachus*,  
 semper calumniator sui, nec finem  
 habens diligentiae, ob id Cacizo-  
 technos adpellatus, memorabili ex-  
 emplo adhibendi curae modum. Hu-  
 ius sunt saltantes Lacaenae, emen-  
 datum opus, sed in quo gratiam  
 omnem diligentia abstulerit. Hunc  
 quidam et pictorem fuisse tradunt.

Non aere captus, nec arte, vnam  
 solummodo Zenonis statuum Cypria  
 in expeditione non vendidit Cato,  
 sed quia philosophi erat; vt obiter

D

hoc

hoc quoque noscatur tam inane exemplum.

- 1 36. In mentione statuarum est et vna non praetereunda, licet auctoris incerti, iuxta Rostra, Horculis tunicati, Oetaeo habitu, Romae, torua facie, sentienteque suprema in  
2 tunica. In hac tres sunt tituli: L. Luculli Imperatoris, de manubiis; alter pupillum Luculli filium ex S. C. dedicasse; tertius T. Septimium Sabinum Aedilem curulem ex priuato in publicum restituisse. Tot certaminum tantaeque dignationis simulacrum id fuit.

- 1 XX. Nunc reuertemur ad differ-  
2 rentias aeris et mixturas. In Cyprio *coronarium* tenuatur in laminas, taurorumque felle tinctum, speciem auri in coronis histrionum praebet; idemque, in vncias additis auri scrupulis senis, praetenui pyropi  
3 ctea ignescit. *Regulare* et in aliis  
sit



fit metallis; itemque *caldarium*.  
 Differentia, quod *caldarium* fundi- 4  
 tur tantum, malleis fragile, quibus  
 regulare obsequitur, ab aliis *ductile*  
 adpellatum; quale omne Cyprium  
 est; sed et in ceteris metallis, cura 5  
 distat a *caldario*. Omne enim, pur-  
 gatis diligentius igni vitiis excoctis-  
 que, regulare est. In reliquis gene- 6  
 ribus palma *Campano*: simile in  
 multis partibus Italiae prouinciis-  
 que; sed octonas plumbi libras ad-  
 dunt, et bene recoquunt, propter  
 inopiam ligni. Quantum ea res dif- 7  
 ferentiae adferat, in Gallia maxime  
 sentitur, vbi inter lapides candefa-  
 ctos funditur: exurente enim coctu-  
 ra nigrum atque fragile conficitur;  
 praeterea semel recoquunt: quod sae-  
 pius fecisse, bonitati plurimum con-  
 fert. \*) Id quoque notasse non ab 8  
 re est, aes omne frigore magno me-  
 lius fundi.

D. 2

Se-

\*) Ed. vet. Cap. IX.

- 9 Sequens *temperatura statuaria* est, eademque, *tabularis*, hoc modo: Massa proflatur in primis; mox in proflatum additur tertia portio aeris collectanei, hoc est, ex usu coëmti.
- 10 Peculiare in eo condimentum attritu domiti, et consuetudine nitoris veluti mansuefacti. Miscentur et plumbi argentarii pondo duodena ac felibrae, centenis proflati. Adpellatur etiamnum et *formalis temperatura* aeris tenerrimi, quoniam nigri plumbi decima portio additur, et argentarii vicesima; maximeque ita colorem bibit, quem Graecanicum vocant.
- 13 Nouissima est, quae vocatur *ollaria*, vase nomen hoc dante, ternis aut quaternis libris plumbi argentarii in centenas aeris additis. Cyprio si addatur plumbum, colos purpuræ fit in statuarum praetextis.
- 1 XXI. Aera exterfa rubiginem celerius trahunt, quam neglecta, nisi oleo



oleo perungantur. Seruari ea optime in liquida pice tradunt. Vfus 2  
aeris ad perpetuitatem monumentorum iam pridem translatus est, tabulis aereis, in quibus publicae constitutiones inciduntur.

\* \* \*

XXXIX. \*) Proxime indicari debent 1  
metalla *ferri*, optimo vitae pessimoque instrumento. Siquidem hoc 2  
tellurem scindimus, serimus arbuta, ponimus pomaria, vites squalore  
deciso annis omnibus cogimus iuuenescere; hoc extruimus tecta, caedimus 3  
faxa, omnesque ad alios vsus ferro vtimur. Sed eodem ad bella, caedes, latrocinia, non cominus solum, sed etiam missili volucrique, nunc tormentis excusso, nunc laceratis, nunc vero pennato: Quam sceleratissimam 4  
humani ingenii fraudem arbitror: siquidem, vt ocyus

D 3 mors

\*) Ed. vet. Cap. XIV.

mors perueniret ad hominem, aliam illam fecimus, pennasque ferro  
5 dedimus. Quamobrem culpa eius non Naturae fiat accepta. Aliquot  
experimentis probatum est posse in-  
6 nocens esse ferrum. In foedere, quod expulsis regibus Populo Romano dedit Porfenna, nominatim comprehensum inuenimus, ne ferro, nisi  
7 in agricultura, vterentur. Et stilo scribere intutum, vt vetustissimi auctores prodiderunt. Magni Pompeii in tertio Consulatu exstat edictum, in tumultu necis Clodianae, prohibentis vllum telum esse in Vrbe.  
1 XL. Et tamen vita ipsa non defuit honorem mitiorem habere ferro  
2 quoque. Aristonidas artifex, quum exprimere vellet Athamantis furorem, Learcho filio praecipitato, residentem poenitentia, aes ferrumque miscuit, vt rubigine eius pernitorem aeris relucente, exprimeretur



tur verecundiae rubor. Hoc signum  
 exstat Thebis hodierno die. Est in 3  
 eadem vrbe et ferreus Hercules,  
 quem fecit Alcon, laborum dei pa-  
 tientia inductus. Videmus et Ro- 4  
 mae scyphos e ferro dicatos in tem-  
 plo Martis Vltoris. Obstitit eadem 5  
 Naturae benignitas, exigentis a ferro  
 ipso poenas rubigine; eademque pro-  
 uidentia nihil in rebus mortalibus  
 faciente, quam quod infestissimum  
 mortalitati.

XLI. Ferri metalla vbique pro- 1  
 pemodum reperiuntur; quippe infu-  
 la etiam Italiae Ilua gignente; mi-  
 nimaque difficultate cognoscuntur,  
 ipso colore terrae manifesto. Sed 2  
 ratio eadem excoquendis venis. In 3  
 Cappadocia tantum quaestio est, aquae  
 an terrae fiat acceptum: quoniam  
 perfusa certo fluuio terra, neque  
 aliter, ferrum e fornacibus reddit.  
 Differentia ferri numerosa. Prima 4  
 in genere terrae caeliue. Aliae  
 molle

D 4

molle tantum, plumboque vicinius, subministrant. Aliae fragile et aerofum, rotarumque vsibus et clavis maxime fugiendum, cui prior ratio conuenit. Aliud breuitate sola placet, clauisque caligariis. Aliud rubiginem celerius sentit. Stricturae vocantur hae omnes, quod non in aliis metallis, a stringenda acie vocabulo imposito. Et fornacum maxima differentia est; nucleusque quidem ferri excoquitur in his ad indurandam aciem; aliquae modo ad densandas incudes, malleorumue rostra. Summa autem differentia in aqua est, cui subinde candens immergitur. Haec alibi atque alibi utilior nobilitauit loca gloria ferri, sicut Bilbilin in Hispania et Turiafonem, Comum in Italia, quum ferraria metalla in his locis non sint.

8 Ex omnibus autem generibus palma Serico ferro est. Seres hoc cum vestibus suis pellibusque mittunt. Secunda



cunda Parthico. Neque alia genera 9  
ferri ex mera acie temperantur; ce-  
teris enim admiscetur mollior com-  
plexus. In nostro orbe aliubi vena 10  
bonitatem hanc praestat; vt in No-  
ricis; aliubi factura, vt Sulmone  
aqua, vti diximus; quippe quum in  
exacuendo oleares cotes aquariae-  
que differant, et oleo delicatior fiat  
acies. Mirumque, quum excoqua- 11  
tur vena, aquae modo liquari fer-  
rum, postea in spongiarum frangi.  
Tenuiora ferramenta oleo restingui 12  
mos est, ne aqua in fragilitatem du-  
rentur. A ferro sanguis humanus 13  
se vlciscitur. Contactum namque  
eo, celerius subinde rubiginem trahit.

XLII. De *magnete* lapide suo lo- 1  
co dicemus, concordiaque, quam  
cum ferro habet. Sola haec materia 2  
vires ab eo lapide accipit, retinetque  
longo tempore, aliud adprehendens  
ferrum, vt anulorum catena specte-

D 5 tur

tur interdum: quod imperitum vul-  
 3 gus adpellat ferrum viuum; vulne-  
 raque tali asperiora fiunt. Lapis hic  
 et in Cantabria nascitur, non ille  
 magnes verus caute continua, sed  
 sparsa bullatione: ita adpellant:  
 nescio an vitro fundendo perinde  
 utilis; nondum enim expertus est  
 4 quisquam: ferrum vtique inficit ea-  
 dem vi. Magnete lapide Dinocha-  
 res architectus Alexandriae Arsinoës  
 templum concamerare inchoauerat,  
 vt in eo simulacrum eius e ferro  
 pendere in aëre videretur. Interces-  
 sit mors et ipsius et Ptolemaei, qui  
 id forori suae iusserat fieri.

I XLIII. Metallorum omnium vena  
 2 ferri largissima est. Cantabriae ma-  
 ritimae parte, quam Oceanus adluit,  
 mons praerupte altus, incredibile di-  
 ctu, totus ex ea materie est; vt in  
 3 ambitu Oceani diximus. \*) Ferrum  
 accen-

\*) Ed. vet. Cap. XV.



accensum igni, nisi duretur ictibus,  
 corrumpitur. Rubens non est habi- 4  
 le tundendo, neque antequam al-  
 bescere incipiat. Aceto aut alumine 5  
 illitum fit aeri simile. A rubigi- 6  
 ne vindicatur cerussa, et gypso, et  
 liquida pice. Haec est temperatura  
 a Graecis antipathia dicta. Fe-  
 runt quidam et religione quadam  
 id fieri. Et existare ferream ca- 7  
 tenam apud Euphratem amnem, in  
 vrbe, quae Zeugma adpellatur, qua  
 Alexander Magnus ibi iunxerat pon-  
 tem, cuius anulos, qui resecti sunt,  
 rubigine infestari, carentibus ea prio-  
 ribus.

\* \* \*

XLVII. \*) Sequitur natura plum- 1  
 bi. Cuius duo genera, *nigrum*, at-  
 que *candidum*. Pretiosissimum can- 2  
 didum, a Graecis adpellatum cassi-  
 teron; fabuloseque narratum, in in-  
 sulas

\*) Ed. vet. Cap. XVI.

fulas Atlantici maris peti, vitilibus-  
 que nauigiis circumfuta corio adue-  
 3 hi; nunc certum est, in Lusitania  
 gigni, et in Gallaecia: summa tel-  
 lure arenosa, et coloris nigri; pon-  
 4 dere tantum ea deprehenditur. In-  
 terueniunt et minuti calculi, maxime  
 torrentibus siccatis. Lauant eas are-  
 nas metallici, et quod subsidit, co-  
 5 quunt in fornacibus. Inuenitur et  
 in aurariis metallis, quae alutia vo-  
 cant: aqua immissa eluente calculos  
 nigros paulum candore variatos; qui-  
 6 bus eadem grauitas, quae auro; et  
 ideo in calathis, in quibus aurum  
 colligitur, remanent cum eo: postea  
 caminis separantur, conflatique in  
 7 album plumbum resoluuntur. Non  
 fit in Gallaecia nigrum, cum vicina  
 Cantabria nigro tantum abundet; nec  
 ex albo argentum, quum fiat ex ni-  
 8 gro. Iungi inter se plumbum ni-  
 grum sine albo non potest, nec hoc  
 ei sine oleo; ac ne album quidem  
 secum



secum sine nigro. Album habuit au- 9  
 ctoritatem et Iliacis temporibus, teste  
 Homero, cassiteron ab illo dictum.  
 Plumbi nigri origo duplex est: aut 10  
 enim sua prouenit vena, nec quid-  
 quam aliud ex se parit; aut cum ar-  
 gento nascitur, mixtisque venis con-  
 flatur. Eius, qui primus fluit in 11  
 fornacibus liquor, stannum adpella-  
 latur; qui secundus, argentum; quod  
 remansit in fornacibus, galena, quae  
 est tertia portio additae venae.  
 Haec rursus conflata, dat nigrum  
 plumbum deductis partibus duabus.  
 XLVIII. \*) *Stannum* illitum ae- 1  
 neis vasis, saporem gratiorem facit,  
 et compescit aeruginis virus; mirum-  
 que, pondus non auget. Specula 2  
 quoque ex eo laudatissima, vt dixi-  
 mus, Brundisii temperabantur, do-  
 nec argenteis vti coepere et ancillae.  
 Nunc

\*) Ed. vet. Cap. XVII.

- 3 Nunc adulteratur stannum addita  
 4 aeris candidi tertia portione in plum-  
 5 bum album. Fit et alio modo, mix-  
 6 tis albi plumbi nigrique libris. Hoc  
 7 nunc aliqui argentarium adpellant.  
 8 Idem et tertiarium vocant, in quo  
 9 duae nigri portiones sunt, et tertia  
 10 albi. Pretium eius in libras, X. X.  
 11 Hoc fistulae solidantur. Improbio-  
 12 res ad tertiarium additis aequis par-  
 13 tibus albi, argentarium vocant; et  
 14 eo, quae volunt, incoquunt. Pretia  
 15 huius faciunt in pondo C. LX. X.  
 16 Albo per se sincero pretia sunt X. X.  
 17 nigro septem. Albi natura plus aridi  
 18 habet; contraque, nigri tota humida  
 19 est. Ideo album nulli rei sine mixtu-  
 20 ra utile est. Neque argentum ex  
 21 eo plumbatur, quoniam prius lique-  
 22 scit argentum. Confirmant, quod  
 23 si minus albo nigri, quam satis sit,  
 24 misceatur, erodi ab eo argentum.  
 25 Album incoquitur aereis operibus,  
 Galliarum inuento, ita ut vix discer-  
 ni



ni possit ab argento, eaque incoctilia  
 vocant. Deinde et argentum inco- 11  
 quere simili modo coepere, equorum  
 maxime ornamentis, iumentorum  
 iugis, in Alesia oppido; reliqua glo-  
 ria Biturigum fuit. Coepere deinde 12  
 et esseda, et vehicula, et petorita  
 exornare; similique modo ad aurea  
 quoque, non modo argentea, staticu-  
 la inanis luxuria peruenit; quaeque  
 in scyphis cerni prodigium erat, haec  
 in vehiculis atteri, cultus vocatur.  
 Plumbi albi experimentum in charta 13  
 est, vt liquefactum pondere videat-  
 ur, non calore, rupisse. India ne- 14  
 que aes neque plumbum habet, gem-  
 misque suis ac margaritis haec permu-  
 tat. XLIX. *Nigro plumbo* ad fistu- 1  
 las laminasque vtimur, laboriosius in  
 Hispania eruto, totasque per Gallias;  
 sed in Britannia summo terrae corio  
 adeo large, vt lex vltro dicatur, ne plus  
 certo modo fiat. Nigri generibus 2  
 haec sunt nomina: Ouetanum, Ca-  
 pra-

3 prariense, Oleastrense. Nec differ-  
 rentia vlla scoriae, modo sit excocta  
 diligenter; mirumque in his solis  
 metallis, quod derelicta fertilius re-  
 uiuescunt. Hoc videtur facere laxatis  
 spiramentis ad satietatem infusus  
 aer, aequae ut feminas quasdam fe-  
 4 cundiores facere abortus. Nuper id  
 compertum in Baetica Santarense me-  
 tallo, quod locari solitum X. CC. M.  
 annuis, postquam oblitteratum erat,  
 5 CCLV. locatum est. Simili modo  
 Antonianum in eadem prouincia pari  
 locatione peruenit ad pondo CCCC.  
 6 vectigalis. Et mirum, aqua addita  
 non liquefcere vasa e plumbo constat;  
 eadem in aqua calculus aereusue qua-  
 drans si addatur, vas peruri.

\* \* \*









1333


X 2344686

nc.









Farbkarte #13

B.I.G.

EX  
C. PLINII SECVNDI  
HISTORIA NATVRALI  
EXCERPTA  
QVAE AD ARTES SPECTANT.

LECTIONIBVS ACADEMICIS  
ACCOMMODATA

A  
CHR. G. HEYNE.

AD CALCEM SVBIICIVNTVR  
EIVSDEM  
ANNOTATIONES.

